





26

DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS MEDICA  
DE  
**PLVRIVM SIGNORVM**  
**IN MORBIS ET COGNOSCENDIS**  
**ET CVRANDIS NECESSARIA**  
**CONIVNCTIONE.**

---

QVAM  
FAVENTE SVMMO NVMINE  
PRAESIDE  
VIRO EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO ET DOCTISSIMO  
**DN. FRID. CHRIST. IVNCKERO**  
PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE  
HVIVSQUE PROFESSORE PVBL. ORDIN. PAEDAGOGII REGII  
AC ORPHANOTROPHEI HALENS. MEDICO  
PRACTICO CONSTITUTVO

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA  
PRO  
**GRADV DOCTORIS**

SVMMISQUE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
RITE OBTINENDIS

ADDIEM XI. AVG. M D C C L X I V.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

**JOAN. SIGISM. FRID. BISTEN**

HATTINGA - MARCANO - GVESTPHALVS.

HALAE AD SALAM AERE BEYERIANO.

DISSESSATI<sup>ON</sup>E IN AVARIA ET MEDICINA

DE

FABRIAN<sup>M</sup> S<sup>E</sup>NORVM  
IN MVRIS ET COGENOSCENDIS  
ET CIRMANDIS NUCOSA<sup>R</sup>A  
CONVENTione

DU FIRD-CHRIT<sup>I</sup>. IANCKE<sup>RO</sup>  
MVRIS EXCEP<sup>T</sup>IONE ET MVRICAE DOC<sup>T</sup>ORI<sup>S</sup>  
HABEG<sup>E</sup> 350-400 A. LAV. QDIN TARD<sup>Y</sup> GOA<sup>R</sup> N<sup>O</sup>  
V<sup>O</sup> ORTHOMANTOPOB<sup>H</sup> H<sup>E</sup>LEN<sup>M</sup> E<sup>W</sup>GO  
BRACH<sup>G</sup> CORR<sup>E</sup>ND<sup>O</sup>

IN TINA R<sup>E</sup>GI<sup>A</sup> P<sup>E</sup>RD<sup>E</sup>NCI<sup>A</sup>NY

GRADA DOCT<sup>O</sup>RI<sup>S</sup>  
SUMM<sup>O</sup>RE IN MVRIC<sup>A</sup> H<sup>E</sup>LD<sup>E</sup>RS<sup>A</sup> AD F<sup>E</sup>LL<sup>E</sup>TC<sup>O</sup>  
S<sup>E</sup>TT<sup>E</sup> D<sup>E</sup>TT<sup>E</sup>NC<sup>I</sup>ES

BA D<sup>E</sup>CK<sup>M</sup> ET A<sup>E</sup> D<sup>E</sup>CK<sup>T</sup>IA  
L<sup>E</sup>TT<sup>E</sup> D<sup>E</sup>TT<sup>E</sup>NC<sup>I</sup>ES  
A<sup>E</sup>NC<sup>O</sup>TE

JOAN SIGI<sup>R</sup>W TRID<sup>E</sup>STEN

HALAE AD SALAM E<sup>E</sup>RE BE<sup>E</sup>RLIN<sup>IO</sup>

V I R O

SINGVLARI MERITORVM AMPLITUDINE, INGENII  
GLORIA AC SVMMO VIRTUTVM SPLENDORE  
SPECTATISSIMO

ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO CONSULTISSIMO  
ET HONORATISSIMO

DOMINO

IOANNI RIMBERTO  
ROHDEN

SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO  
PRUSSIAE REGI A REBV S AERARIVM SPECTANTIBVS,  
BELLICIS ET DOMANIALIEVS CONSILIARIO  
INTIMO

MAECENATI ATQVE PATRONO  
MVLTV M COLENDO

SPECIMEN HOCCE QVALECVNQUE  
PRO  
IN SIGNIBVS HVCVSQVE SIBI MVSISQVE SVIS  
EXHIBITIS BENEFICIIS  
IN  
CERTISSIMAM GRATI OBSTRICTISSIMIQUE ANIMI  
TESSERAM  
CVM  
MAXIME PIO ET ARDENTISSIMO VOTO OMNIGENAE  
ET  
SEMPITERNAE PROSPERITATIS AC CORPORIS INCOLVMITATIS  
SACRVM ESSE IVBET  
SEQVE VLTERIORI ET BENIGNO PATROCINIO  
COMMENDATVM CVPIT  
T A N T I N O M I N I S

MAGISTER  
EVLTOR OBSERVANTISSIMVS  
AVCTOR



## PRAEFATIO.



prehendendi omnino sunt medici, qui saniori συντεχνεῖς posthabita, signo morbi uno vel altero, eoque generaliori et communī auditō, more imperitorum pseudomedicorum pessimo, repentinō nescio, quo motu, de morbo et medicamentis decernunt. Quae res dici non potest, quam absonta sit, quantumque et rei medicae et miseris aegrotis afferat detrimenti. Si recte enim posueris calculum, non modo peruersa inde iudicia, sed innumerā paene praeposteras morborum curationes ex eiusmodi penitus damanda in repentinō motus praeципitania intelliges profectas. Quoties hi ad aegrotos accedunt, toties etiam peccant. Et nūquam maiori, eheu! cum periculo coniuncta deprehenditur praecipitania et negligētia, quam in facienda medicina. Hic omnia conspirare debent amica societate. *Clinica signorum cognitio agmen* fere partium ministrantium medicinae claudit quidem, dum a physiologia proficiuntur et pathologia, dicit vero quoque eadem iterum ipsum agmen, quippe quae medendi gratia omnino vnicē est expetenda. Quae tamētē ira sint, et signum semper suum signatum respiciat, non quidem ostendam, generatim signorum cognitionem esse summe necessariam, utpote de qua veterum, in signis colligendis, diligentia et laudanda recentiorum imitatio nos satis condonet, sed συντεχνεῖς et συντεχνεῖς omnino opus esse, seu, quod idem est, quām nulli unius vel alterius signo soli secure sit fidendum, signa semper socia et quidem essentialia pathognomonica esse omnino coniungenda, si certam et adaequatam morbi interni diagnosis, prognosi et felicem, reliquis ceteroquin requisitis bene instructi, therapiam

JXXI.0003 9.00 A 37 anno 1611 in Bolovia con-

*consequi voluerimus*, hac dissertatione, quoad eius fieri poterit, breuiter sum significaturus. Fore igitur, credo, neminem, qui materiam hanc denuo inculcandam mihi sumtam existimet supervacuam aut non satis dignam publica commendatione inaugurali, vtro potius largiantur lectors, esse grauissimam, summe necessariam et maxime proficuam. Legant, quorum interest, **HIPPOTRATUM** aliosque veteres, recentiores coniungant, et obseruabunt, rem alter fieri non posse, quin ad aegros accessuri ex ordine *morbi signa* et *symptomata* ~~sursum~~ quamdam colligamus atque inter se ante ferendam sententiam rite comparemus; *vnum BOERHAVIVM*, at quantum virum, *vnu* *ev* *oxios*, in medium producam, qui, *inde enim*, inquit, *incredibile*, quantum protecerim. *Haec si feceritis et quatuor aut quinque morbos unius classis per sua signa cognitos habueritis, in tota reliqua vita eos morbos faciliter dignoscetis* \*). Sed haec generatim in dissertationis argumentum illustrandum sufficiant praefari. Vnicum tamen addere liceat, quum sint cogita ta, in exercitationem auspalem festinata, et inter varias animi occupationes et curas prognata, per quas me toto frui iam non licuit, dabitur venia a lectorre beneulo, si in tam ardua materia, breuitatis studiosior, quam alias, per omnia non satisficerim expectationi. De reliquo **D E U S** conatus bene vertat.

## §. I.

**E**go vero, quum dissertationis praesentis argumentum sua quasi natura tria potissimum constitutam membra, non eadem dimouere, sed nexus illorum et ordinem hic seruare, omnino aequum esse sum arbitratus, nimirum ut primum *de signis*, quibus morbum cognoscimus, pauca quaedam praemittam, deinde *de corundem fontibus*, modis *viisque* nonnulla adiungam, et denique, *vnum alterumque signum morbi solum in cognoscendo morbo non sufficere* atque illi

\*<sup>o</sup>) Praelect. in instit. Tom. VI. pag. 265. §. DCCCLXXXI.

nunquam esse fidendum, sed socii semper signa esse coniungenda; per inductionem, ut loquimur, omnino significem.

§. II.

Ad primum igitur membrum quod attrinet, quum ipsa dissertationis primordia inde sint capienda, quid velim signi significatu intellectum, ut declarerem, necesse est. Sicuti enim omnia corpora physica, an talia sunt, imperfecta perfectaque, e certis signis characteristicis cognoscuntur, ita et in morbis se res habet, ac non ullus in homine natura consistit morbus unquam, nullo existente signo. Signum autem quum id omne vocetur, quod praeter sui ideam excitat in animo simul rei alterius ideam, in sanitate igitur aduersa signum erit omne symptomata, quod praeter sui ideam ac sensum indicat, mortuum in aegroto corpore vel iam adeste vel intinuere adhuc, atque in medici animo, praevia consideratione et comparatione, rem ita se habere, excitat cognitionem.

§. III.

Ex hac suppeditata signorum descriptione per se consicitur, medicum clinicum et cognoscere et praedicere per signa, quae igitur sunt diarrhoea et mucus. Diagnosca iterum duplicitis potissimum sunt generis, scilicet primo generalia, eaque communia, verisimilia, suora, soxasina, seu per quae ista quae cognoscere interest, licet non sint semper a vero auersa, tamen ad illud proxime accedere, non nisi aliqua assuetudine conjectura. Atque haec signa plerumque ita se habent, ut alia quidem vni soli morbo, atramen non semper competant, sic passio iliaca non semper eo ingrauescit, ut graue symptoma, seybalorum per oesophagum reiectionis eius sit comes; alia vero ex eorumdem censu ita comparata, ut semper quidem in morbo quiodam obseruentur, ut vero in aliis itidem occuruant, siquidem exempli gratia praeter hypochondriacos et alii in flatulentiam implieantur; alia denique parum sibi constant eaque est ipsorum varietas,



ut neque semper, neque soli cuidam morbo se adiungant, ita febres acutae in non paucis hominibus sine deliris placide et sine vila turbatione decurrunt, quum contra vel tertiana aut quartana laborantes, imo vero interdum hypochondriaci sine febre de mente deturbantur. Deinde sunt signa diagnostica iterum *propria*, necessaria, δηλωτικα, αναγνωστικα, et κατ' εξοχην παθογνωμονικα, παρατητικα, et quasi λημματικα demonstrativa, quae ita sunt comparata, ut, quum certis omnino conuenient morbis, atque eorumdem declarent et existentiam et essentiam, cum illis incipiatur, augentur iterumque abire soleant, hinc etiam ab illis non separantur, ut pleuritidis verae dolor lateris punctioris non ultra mammillam inferius se extendens optime se hic ostendit et rem clarissime testatur, tametsi et hic non negaverimus, esse quaedam pauciora, quae, quamvis latius dicantur separationem non admittentia, separari tamen interdum deprehenduntur, id quod malum asthmaticum mitioris gradus, ubi aegroti sub alio etiam situ corporis, quam erto, respirare possunt, luculenter declarat, quum in summo gradu alii constituti idem praestare non valeant, nisi orthostadii. Praeter haec autem, quae diximus, non parum adiuuant cognitionem quaedam *propathiae signa*, αναπνικα, quae praeterita, memoria tantisper non retenta, iterum meminisse innuunt, e quibus in reliquorum societate et conjunctione cognitionem status praesentis nobis possumus comparare accuratiorem.

*Ad prognostica signa* quod attrinet, ex illis in omni morbo medicus certum fere formare potest praesagium de euentu, qui vel repentinus est vel lentus, eterque autem vel salutaris vel funestus. At vero quilibet perspicit, signa prognostica esse media inter diagnostica et curationem indicantia; etenim nemo medicorum potest quicquam praefagire, nisi prius morbi naturam cognoverit: participant igitur haec signa unico de antecedente, curationi cognitione, quare-

nus

nus principia sua ex illa desumit, et ita demum inferunt conclusio-  
nem de consequente, seu curatione, an haec succedere ita debeat vel  
etiam possit, alioquin alia omnia incerta et fallacia praesagire poterit  
medicus, et in se transferre conuicium: mentiris. Et vel ex his,  
quae de signis generatim in medium protulimus, valemus in anteces-  
sum arbitrari, quam necessarium sit, plura signa colligere, et contra  
vni vel alteri fidem habere, rem esse fallacissimam et periculo-  
fusimam.

Signorum quedam communia quidem diximus, esse  
~~soxasina~~, reliqua vero propria, essentialia perfecteque pathognomoni-  
ca eaque inseparabilia sunt omnino demonstrativa, non quod rigide  
et exquisite mathematice demonstrent, quibus ex caussis morbus sic  
obortus, profecto tamen quis aut qualis adfligat in praesentia. Et  
habent haec signa se omnino instar datorum geometricorum vel  
praemissarum logicarum, quibus tamquam notis positis ad ignora-  
pedentium perueniuntur. Exinde consequitur, signa non omnia, ut  
quorundam fert opinio, pro mere conjecturalibus esse habenda; er-  
enim si vnicce in conjecturis essent posita, non eadem omni tempore  
et vbiique locorum fuissent signa morborum propria, vere patho-  
gnomonica. Dic, quaeſo, num forte alios morbos intertellexere veter-  
res, quos recentiores, exempli gratia, asthmatis, colicæ, dysenteriae  
nomine insignire confuerunt. Profecto experientia teste om-  
nes morbi in simplicissimo statu naturali per sui indolem ratione  
symptomatum, effectuum et mutationum ordinem moremque cum-  
dem seruant, et quem naturae ordo in his omnibus sit perennis et  
constans sibi sequitur, certa quoque et perpetuantia morborum signa  
pathognomonica posse haberi et omnino existere, nisi quidem alienis  
de cauſis, aegrorum diaeta, regimine, artificiis incongruis, cert.

B multa



multa mirum turbentur, adeoque adhuc sollertiaient clinici medici cognitionem pluriumque signorum exigant comparationem. Non desuere quidem vel inter ipsos medicos, qui ut generati in omni medicina, ita speciatim in semiologia prae reliquis partibus, quia morborum causae eorumdemque definitiones valde sint dubiae, nil nisi incerta esse et lubrica euincere allaborauere, adeoque signorum pathognomonicorum existentiam certamque et adaequatam morbi interni diagnosis negauere, id quod praecipue vel ipsis veteres, quia in diagnosis plura signa coniungere praeceperint, non celare potuerint. Ideoque isti obrectatores ipsam ab HIPPOCRATE συτεμαστον \*) serio commendatam μετω πολλης φαντασias increpitant atque incusant. At vero quicquid etiam scripserint et dixerint, ex plastro dixerunt, et pathognomonicae ac συτεμαστη atque συτεμαστον Hippocratico deus suum natuum a primis suis originibus ad haec nostra tempora stetit inter medicos saniores, et a variis eiusmodi conticciis se vindicavit, quid quaeris, plures obrectatores suarum conuiciarum pudere didicrunt.

### §. VII.

\* Ne quibusdam hic sum obscurus, notam hanc hic subiace mihi licet. Sicut εγκριτος quodvis signum, ita ταυταγμος significat εγκριτος, certum, necessarium, proprium signum. *Vul. ARISTOTEL. rbet. L. II. 40. c. 6.* et ita etiam in saceris litteris occurrit. *vid. AG. apostol. I. 3. επι πολλοις ταυταγμοις,* unschibare und untrügliche Zeichen, augenscheinliche Beweisthümer; quid? ipsum εγκριτος, *Iob. XX. 30. εγκριτος τοιον signis indubius declarare denotat.* ταυταγμος igitur HIPPOCRATI est signum syllogisticum, quo posito ne effe est, rem sequi. Et quin ταυταγμος descendant, vel ipso GALENO iudice, επι ταυταγμο, declarat hoc vocabulum, e pluribus eiusmodi signis certis simul summis atque inter se comparatis conclusionem, adeoque συτεμαστοδα, ταυταγμοστοι et signis syllogisticis ad morbum, causas et indicationes atque eventum facere argumentationem.



## §. VII.

Itaque iudicis eiusmodi plane fallit iam non immorabitur; etenim si hic locus nobisque esset volupe, morborum caussas proximas medicis sanioribus esse adequare perspectas, atque adeo ipsorum definitioes non ad hypothesis, sed ad interiorem potius eorumdem indolem formatas dari posse a pathologo, adeoque quum de *signato* constet, *signo* omnino suam tribuendam esse certitudinem, demonstrare non adeo nobis foret laborandum. Interimi tantum abest, vt morbos, tametsi ipsorum indolem et caussas proximas sat bene cognoverimus, certo nobis curaturos ad unum omnes sumere audeamus, vt potius esse eorumdem quosdam, quos solide curare aut plane non valeamus, ambabus largiamur.

## §. VIII.

Quae si vera existimamus, vt sunt profecto verissima, consequitur, vt signorum cognitione nostram, quam sustinemus, spar-tam ita cadat, vt sive summo derimento et dedecore ab illa sciungi haud possit; atque genuinam eorum doctrinam eorumdemque adequarem coniunctionem, συντερηματιν, si modo non peruerse hanc rem intellexerimus, totius artis medicae probare certitudinem, saltem eamdem insigne corroborare et confirmare, sine formidine declarare audemus, adeo vt hac sublata, quum pathognomonica certis veluti argumentis ad morbi cognitionem, indicationes therapeuticas euentuumque notitiam nos manu ducat, omnis artis fundamenta labefactentur. Hinc praeter cetera simul signorum pathognomicorum utilitatem et necessitatem intelligimus; quum enim morbi phaenomena sensibus externis se offerant, horumque ope ad intellectum perueniant, quomodo ergo, quod sensuum ministerio, ceu antea ignotum, nunc notum est redditum, adhuc incertum esse vel dubium potest? Sed haec de signis ipsis, quae ad rem nostram praesentem



sufficiunt, habui, quae dicarem. Peruenio igitur ad alterum dissertationis membrum, ad fontes nimirum, unde signa diagnostica cum reliquis petere consueimus.

§. IX.

Ad signorum diagnosticorum et prognosticorum fontes quidem iam accedo, sed illos non exauriam, non loquar de illis tamquam semiologiam docturus; sed ex dissertationis ordine tantum indicando, et in primis monendum censeo, cautione esse opus, ne cum aliis quibusdam morborum *causis*, in quibus pathologia vnicè est occupata, cum *signis* ipsis confundamus, atque ultra citroque implicemus, quippe ex effectibus dignoscitur *morbus*, indeque, quid sit eveniendum, praedicimus. Principem autem in diagnosis locum sibi vindicat *ipsa natura humana*, quae corpori suo praesidet ideo, ut illud a morbis defendat vel iterum liberet. Medicum igitur, qui arte dignus evadere nititur, *naturae vires*, harum gradum, modum, vigorem nosse oportet, ipsi animaduertendum, quibus facultatibus vitium quoddam, an *languor*, *debilitas*, insit, ut corpori periclitanti et aegro cum morbis conflentanti, ne illorum *vehementiae* vel *languori* succumbat, opem ferre queat. Aestimamus autem naturae vires vi tales vel earum defectum e *pulsu* cordis et arteriarum, nimirum *audio*, *imminutio* vel ad sensum *abolito*, unde pender *sanguinis* et reliquorum humorum *circutus*, materiae corruptae *excusio* vel saltem ad partem corporis ignobiliorum *translatio*, aliaeque *moriens* indicationes. Et hoc pertinet *respirationis* conditio, an illa *fortis*, *aequalis*, non *interrupta*, an vero *velox*, *anxia* sit, *inaequalis*, *difficilis*, *suppressa*? Non parum iuuat quoque cognitionem organorum et instrumentorum *motus tonitus*, *proprio-tiatus*, *ordinatus*, an vero *exacerbatus* sit, *inaequalis*, *deficiens*, quippe quo valentior et ordinatior est tonus, eo etiam vegetius ipsae *actiones* succedere solent. Et ita porro ex omnium actuum tam *rationalium*, quam *animalium*, *vitalium* et *natura lium*

tam indole discere possumus, an obiectis congruae sint rationationes,  
 quomodo sensus et motus voluntarii se habeant, quomodo cibi appeti-  
 tantur, digerantur, distribuantur, excrentia externantur, ubi fudoris,  
 urinæ, sanguinis, salivæ, alii, vernium varie comparatae se  
 et excretiones considerandas arque in cognitionis usum sunt referendæ.  
 Praeterea multum quoque diagnostin iuvant et prognostic simul ful-  
 ciunt aliae circumstantiae, ut dolorum iudeoles, partes affectae, facies,  
 lingua, fauces, morborum historia, clima, tempestatum conditio et  
 vitiæ studines. Speciarum ad cognitionem iuvantia pertinent vitæ ge-  
 nus, morbi perpetui, dispositio hereditaria, animi pathemata, diaeta, lu-  
 cubrations, graftatio epidemica, imo reliqua omnia, quæ solent mor-  
 bos comitari, regimere vel peruersum vel nullum, morborum qua-  
 lescunque corruptiones, eorumdemque complicationes, subita pathema-  
 tum exacerbatio, motum vitalium vitiosa administratio, in primis circa  
 vias criticas, relationes aegrorum signis iam praesentibus plane contra-  
 riae, alimentorum intemperie adsumptio, et quæc adhuc sunt eiusmo-  
 di reliqua. Modi autem et viae, per quas medico ex hisce datis  
 signa innoteantur, sensus sunt extermi, visus, auditus, olfactus exha-  
 lationum, loquelae organa morbum per quæstiones indagando, et de-  
 niique tacitus.

At dixeris, ergo tamen nil, nisi σοχατειος, ignoratio, nihil  
 certum, inquit in cognoscendo. Nos quidem non pudet,  
 quin fateamur, σοχατειος quendam esse in cognoscendo, qui plenam  
 erudititudinem inter et ignorantiam est positus, et valet de obiecto, ubi  
 et medico licet coniucere tantum, quantum iure consultis et iudici-  
 bus; deme ipsis testes, corpus, vti loquuntur, delicti, speciem facti  
 aliasque rei gestae circumstantias, vellesne ipsis iniungere, vt cognos-  
 cant et iudicent? Et a medico requiris, vt sexum, aetatem, corporis  
 flatum internum, vitae genus, diaetae errores, cetera adspectu diuinet? Man-  
 hopp (e)



ca quidem saepe hic sunt multa, pauciora, et quidem singularia signa, quia narratio manca, oblitus est aeger multa, interdum morosus, non facetur; ideo non medicus inculpandus, non ars increpanda, talia incerta certa reddere medicus non potest. Non est propterea omnis medicina *soxasim*, sed satis certa in illis rebus, quae ad ipsam directe pertinent.

#### §. XL

Dissertationis nostraræ tertium idque princeps momentum sequitur, ut iam proprius et explicatus declaremus, plura signa ea que socia in cognoscendo et curando esse coniungenda, et vni alterius nymquam esse fidendum. Perspexitus iam per antecedentias posse medicum in cognoscendo ita versari, ne quicquam curatione suadeat, quod ita est comparatum, ut sine sui dedecore et aegrotorum detrimento fieri non possit. Ita tota cogitatione erit annitendum, ut bene cognoscatur, quia morborum cognitio est remediiorum materia. Plurimum ergo, inquis, sciuisse refert medicum clinicum, quando ad aegrotum vocatus de morbi curatione est sollicitus, quemam ipsis sint agenda, ut prius morbum rite cognoscatur, et tunc demum idoneis remediis eundem depellat, si ex omnibus hisce fontibus, quos modo indicasti, ipsis sit hauriendum. Primo quidem intuitu difficultimum, at ex effectis apparer facillimum, non quidem idiotis, sed doctis, peritis atque exercitatis medicis. HIPPOCRATES ut medicorum filii suo tempore monstraret docererque, qua via viri deberent, ut aegroti spem non fallant aliorumque calumnias vitent, egregia ipsis *vvavz* praeire annis est, quae L. de effect. tit. 36. circa medium ira fere se habet: quam ad aegrotum deveneris, interrogare oportet

1.) ubi doleat seu quae patiatur,

2.) ex qua causa,

3.) quo d

- 3.) quot iam diebus,  
 4.) an altius succedat,  
 5.) quo victus vtratur?

Quinque haec requisita ad quemcumque morbum et dignoscendam et curandum pontantur. Rectum est norma obliqui, et contraria iuxta se posita magis illucescunt. De norma recti igitur prius, et de obliquo, de erroribus postea. Quia in re non rectius, opinor, facturus sum, quam si huius loci Hippocratici usum in cognoscendo et curando, quoad eius fieri poterit, breviter ostendero, et cuiusvis questionis contenta singula exposuero, et simul dispiciam, quomodo medicus ad aegrum accessitus ex tempore quidem, at non temere, non negligenter, sed ex ratione et scita *cognoscet*, utens medicinam facere optatumque finem medendi consequi valeat.

*Prima* igitur quæstio haec est, *vbi dolet?* quid sibi velit

haec quæstio, facile dispalescit, ex illa enim morbi, vel late vel stricte sumti, cognitionem faciliussumus, hinc locum affectum primarium et secundarium, virtusque, et morbi et loci affecti existentiam, essentiam et proprietates, magnitudinem, motum, mores cognoscimus, et hanc cognitionem indicatione sive praeservatoria sive curatoriae, relictique medicamentorum applicatio consequuntur. Qui

etiam aliter fieri potest, vbi ex eiusmodi interrogatione morbi notio et essentia sit liquida, non potest, quin morbi sedes simul innovereat et eo facilius cognoscatur. Patet inde, quomodo morbus symptoma suum, vt tale, quod ab illo separari non potest, contineat, et quum symptoma ita sit comparatum, vt ipsi competat *to inesse*, consequens est, vt ex aegro medicus morbi cognitionem apprehendat, ei hoc semel cognito illius sedes illico dispalescat. Quae quidem licet ita se habeant, facile praeuidemus, posse medicum et hic falli, si vnic & semper cognitione & iudicio subsistat in loco, quem

dole-



dolere & affici aeger indicat, & illum statim pro vera morbi sede velit declarare. Quamuis enim alio modo locum affectum cognoscere annitaris, & quidem e causis generantibus, tamen non semper hic obtinet, quod ad rei probationem afferre possit, nimisrum causae per se sunt obscurae et in sensus rapiissime cadunt. Ex effectu cognoscitur causa, illaque ad morbum se comparate et coniuncte (relative) habet, ideo loci affecti cognitione e causis deducenda. Sed non ubi sedes effectus, ibi et causae sedes, nam quemadmodum aliquid se haber ad esse, ita et cognosci; hinc omnino consequens erit, ut cognita causa generante, locus eiusdem illico cognoscatur. At vero licet morbus sit causae effectus, a causa tamen est diuersus, ista generatur vel in ipso loco affectus vel extra locum se haber; unde si in loco affectus est generata & deprehendis, aegrotum non habere, de quo amplius tecum queratur, verum est, cognito loco morbi in eiusmodi casu & causae locum offendit: et contrario si extra hunc locum doloris causae generantes versantur, tunc necessario alia signa socia, propria indicantia, sunt coniungenda, exempli gratia, in hypochondriis est materia & morbus, hic autem in pulmonibus efficit dyspnoeae symptoma, & de hoc tantum queritur aeger, medicus vero non ultra inquirit, nonne hic fallitur, quum non dyspnoea tantum, sed hypochondriorum virium, & quidem in primis ipsi foret obseruandum. Et ita demum hoc modo causa extra locum cognita, cognoscitur quoque intra locum effectus, morbum generans.

### §. XIII.

Altera medici quaerentis est quaestio: *Ex qua causa?* Sub quaestione prima quidem causarum quedam facta est mentio, sed generantium tantum ad locum affectum cognoscendum, haec autem quaestio tangit reliquas omnes, internas & externas, quatenus ad morbi

morbis cognitionem faciunt & curationem. Causae externae proctataristicæ vel necessario, ut res sex non naturales vel non necessario, ut reliqua externa occurruunt; internæ etiam sunt vel antecedentes vel continentes & coniunctæ. Et causa cognita, idea demum morbi cognoscitur. At dixeris, quae, qualis, quanta haec quaestio ex aegroto? Quid ipsi erit respondendum? Medicus respicit causam continentem et coniunctam, ideo frustra quaerit ex aegroto. Ex qua causa? Si enim quaerit de proctaristicis externis, istae non adeo viilem suppeditant indicationem, et quid quaeris? Causa continens et coniuncta aegroto ipsi est incognita, ergo medicus perperam de illa per aegrotum sollicitat. Externæ aegro qui-dem et affinibus possunt esse cognitæ. Verum salua res est, quum non solum continens et coniuncta causa, sed etiam antecedens, ne fiat tandem coniuncta, sit tollenda, medicus per antecedentes causas exploratas inter inuisendum aegrum iterata quaestione ad causam continentem et coniunctam, quippe quae ab externis et generatur et generata excitatur, sine difficultate poterit peruenire. Fructum, quem ex hac quaestione capit medicus, est insignis, cognitionem morbi et prognosia reddit faciliorem, et significat, an curationi omnino satisfacere et quibus remediis id fieri possit.

Tertia quaestio haec est: Quot iam diebus? Evidem per hanc quaestionem existimo respicienda esse et consideranda ea, quae morbi existentiam et essentiam consequuntur vel quae morbo accidere solent. Existentiam duo in primis, magnitudo et motus, consequuntur; morbus ob faciliorum et difficiliorum symptomatum tolerantiam differt. Difficilior si praesto est tolerantia, patet, non diu ferre et sustinere posse corpus, sed aut protinus se ab ipsa expedire aut protinus occumbere. Hinc inde intelligimus, qualis sit morbus, acutus, peracutus, quippe qui cito, celeriter cum impetu, et adiuncto periculo ad statum promouentur. Simul autem haec quaestio com-



prehendit motum, morborum quatuor tempora, et quibus breues  
 vel chronicci sunt gradus. Quaenam huius rei vilitas, non opus  
 est, multis hic referre, satis liquet e supra dictis, prognosin, eius-  
 que modum medico clinico ita quaerenti facit manifestum, utilem  
 que indicationem, quomodo, quibus remedii, quando, ubi, quam  
 diu agendum, omnino significat. Quot ergo iam diebus aeger pa-  
 tiatur? Nouimus inde morborum tempora ex alteratione caussae  
 morbificae, siue cruditate siue coctione. Coctio enim manifesta in  
 principio indicat ~~τησεως~~ celeritatem et statum, cruditas contra di-  
 uersitatem. Et praeter  $\tau\sigma$  acutum et  $\tau\sigma$  chronicum et modos even-  
 tus et quae sunt reliqua, per sua signa scire et cognoscere valet clini-  
 cus. Per spicimus ergo inde utilitatem in formanda prognosi, aliam  
 in acutis, si ob motum sunt tales, qui cito aut ad salutem aut ad  
 mortem perducuntur, aliam in chronicis, longo qui tempore varias  
 ob caussas ad finem perueniunt; et multum differunt ratione cura-  
 tionis morbi, si sunt in principio, in progressu, in fieri vel in ha-  
 bitudine; in fieri quidem breviori tempore et citius possunt depelli.

monitione singuli sic percibunt nisi prolixum est et non  
 innotescit de res singulis et ratiocinationibus idcirco  
 illius res. & singulariter endup et exactissimi omnino  
 XV.

An aliis succedat? quarta est quæstio. In dignotione,  
 prænotione et in ipsa demum curatione quid valeat aliud vel laxa  
 vel adstricta, satis constat, ideo quum crambem saepius coctam ap-  
 ponem, pacis singula expedienda. Aliud adstricta vel laxa rati-  
 one dignotionis est quandoque vel morbus ipse in loco, quandoque  
 caussa, si non proxima et coniuncta, remota et antecedens esse solet,  
 aut sine qua non et coindicans, quae clinicum in antecedentis cogni-  
 tionem ducere valit, ut adstricta aliud in colica, lubrica in diarrhoea.  
 Ratione prænotionis aliud adstricta vel lubrica, de virium  
 natura et morbi robore quid dicendum, docet, longitudinem, bre-  
 uitatem, salutem et mortem et eiusmodi eventus modum et viam in-  
 dicat.

dicat. Vbi enim aliud nimis laxa, ibi vires debiliores, adstrista si est, morbi robur, difficultatem, contumaciam praefert, et inde etiam nequantum indicat; natura etiam modo *an*, modo *zanz*, aut utroque modo, ut in cholera, se expurgat. In ipsa morborum curatione iniicit serpulum paritque difficultatem, et contra saepe indicans est et praeccipuas indicationes non permitit, sed easdem omnino prohibet. Arque ita et huius quaestioniis utilitas et necessitas satis dispalescit.

### §. XVI.

Quinta denique quaestio restat, *quo vietu aeger utatur?* Cum multis in rebus non modo aegrotorum ipsorum, sed et propinquitate cum illis coniunctorum peccata licet obseruare, tum in cibo et potu maxime; et dici non potest, quantum detrimenti et laesioris aegrotis eam ob rem inferatur. Est quidem mortalium indoles, ut pleraque utilitate sua metiantur, eaque demum existimant facienda, quae maxime sibi vni intelligent futura, at vero hic nolunt sapere, et sat graviora solent committere peccata. Iam videamus, cibum et potum esse indicationis instrumenta. Peccant aegri vel excessu, vel defectu. Multum etiam variat vietus ratione morbi, ratione temporum in morbis, vbi conuenit vel tenuis vel tenuissimus, parcior vel plenior; ratione aetatum, ratione tempestatum, hiemis, veris cert. Et sit, ut etiam hic regioni, aetati, tempori et consuetudini aliquid sit condonandum. Porro corpora prauis humoribus plena paucis alenda, longo tempore morbis exhausta sunt resicienda. Magna vis in diaeta generatim est sita, si potest medicus aegrotum sola diaeta sanare, non ad alia auxilia transibit; nam quiete et abstinentia multi magni curantur morbi. Omne nimium naturae inimicum, moderata durant, et natura paucis contenta, erita optime ipsa viget. Adeo et huius quaestioniis liquida est utilitas, e vietu tam antecedenti, quam praesente in humorum peccantium cognitionem ducimur, qui, si

prau et non corrigantur et tollantur, non tollitur morbus, tale ad-  
ditum tali magis redditur tale. Iuvat et prognosin, curatio enim  
intempestiva et incongrua alimentorum assumptione; et eorum aut  
copia aut defectu impediri potest, evensunt aut accelerat aut proro-  
gat et extendit, quod praesertim febres comprobant, et lieet sint de-  
pulsae; nulla tamen obseruata diaeta, reciduae oriuntur peiores et  
deriorum.

## §. XVII.

Expositis harum quaestionum membris, arbitror, patere,  
quani necessarium sit, in cognitione, praenotione et curatione mor-  
borum plura et fodia signa coniungere, et quam proficuum euadat  
et medico ipsi et aegrotis, si iste in his omnibus seitan *συντεκμαρτητον*  
et debitum *συντεκμαρτητον* diligentissime adhibuerit. Per exem-  
plum seu casum quendam, ut loquimur, possem illustrare singula,  
sed latentes, quibus haec dissertatio circumscripta est, hoc non  
permittunt. Haec igitur est norma recta. Iam fingamus medicum  
oblique agentem alia omnia, qui posthabita *συντεκμαρτητον*, audit o  
tum uno altero signo, coque generaliori, more medicastrorum,  
actum sine vla deliberatione de morbo et indicationibus statuit,  
tunc videre licet, quot hic, teste tristi experientia, errores, quot et  
falsae curationes in artis et medicorum aegrorumque, at qua sceleris  
conscientia, detrimentum committantur. Audis, exempli gratia,  
aegrum quandam grauiter queri de dolore, in lumbis tendente, pre-  
mente et profundius strigente, quid indicabis, si calculum non recte  
posueris, si signa calculi et motuum haemorrhoidalium fodia et pro-  
pria non coniunxeris? Caeus si fueris nihilque sollicite perputaueris  
et aegroti relationem de calculo ipsi putatio sequutus fueris, hinc  
pellentibus lithontripticis morbum adgrediaris, quam potius e rei  
circumstantiis rite considerandis motus haemorrhoidales attendere et  
respicere debueris, quam grauem in te culpam transfers, calculus,

qui

qui non adest, per importunas ad renes factas congettiones in aegroti cruciatum et damnum producitur. Audis porro hominem *tuffitare* et *reucitate* laborare, visne sine signis sociis statim, dum a plethora est malum, ominosis *antiphthisis* sive *Poterianis* sive *Graminianis* pulmones corrumpere? Quum potius per *plethorae imminutionem* malum propellere te omnino oportueret.

### §. XVIII.

Acedit aegrotus, qui de *asthmae* conqueritur. Hominem inter asthmatici paroxysmi labores trementem, qui vñquam vidit, ulro fatebitur, morbum miserum esse et grauissimum, et sae asthmatici recte comparantur moribundis, qui etiam, vii videmus in hydropicis, quandoque suffocatione e vita decedunt. Hinc non mirandum, *A. Senecam*, virum stoae suae ceteroquin addictissimum, turbata profecto per verbosi doloris cruciamenta rigida vultus constantia aliquando excidere sibi passum fuisse has voces querebundas: *Vni morbo assignatus sum, quem quare graeco nomine appellem, nescio, satis enim opte suspirium dici potest.* — — *Omnia corporis aut incommoda aut pericula per se transferunt, nullum mihi uidetur molestius: quidai? aliud enim, quicquid est, aegrotare est, hoc est animam agere.* *Epiſt. LV.* Miser sane morbus est, et vii in cathedra omnes exrantur morbi, ita et medicorum filii sibi persuasum vulgo habent, eius curationem esse ipsis in numerato ac facillimam; at vero dici non potest, posthabita signorum propriorum aestimatione et coniunctione quot et hic *metra* committantur *αμαρτηματα*. Asthma generatim non est affectus soli pectori proprius, sed etiam aliquando in hypochondriis sedem suam habet, affectus tamen ipse in partes pectoris ob nervorum recurrentium cum respiratione connexionem redundat. Et quum sit asthma duplex, vel defectuum, idque iterum aut humidum cum roncho, sibili, fistulatione, vii ait *PLATERVS*, quod *υπανεγειν* vocat *HIPPOCRATES*, aut siccum, vbi gulosissima au-



ditate aegri auram ore captant, vel spastico-convulsuum, musculorum pectoris compressio, sanguinis excusione respiciens, hinc excoxitata συντεκμαζη explorandum, quaenam species offeratur curanda, quod ad lectum omnino pertinet. Et que morbus saepe morosissimus, ideo non semper uno vel altero quasi iœu depellendus. Quod IUST. LIPSIVS de malo hypochondriaco dicebat, id re vera et asthamati conuenire non est alienum: Ianio vel pulmoneo pede accedere, sed plumbeo recedere. Signa in hoc morbo esse diligentissime coniungenda, in opere olim versaturus facillime reprehendere, sic asthma pectorale et hypochondriacum sequitur non raro haemorrhoides suppressas, et his reuocatis tollitur asthma, aut alio modo sustentatur a plethora, ita de riolano notum est, ipsum a conuacis sui tristitia annorum asthmatis paroxysnis non, nisi per liberalem venae sectionem liberari potuisse. Asthma spasticum est plerumque magis symptomaticum, quam idiopathicum malum, unde febribus malignis, arthriticò-rheumaticis, vel pectoris violentis aliisque vitiosis affectionibus se adiungit. Quam ob rem patet, omnia ritè esse animaduertenda et vni alterius signo non esse fidendum, ne in peruersas incidamus indicationes et incongrua remediorum instrumenta. Vomitoria, e. gr. sine matura circumstantiarum diiudicatio-ne data hic sunt nocentissima, praecipue ratione plethorae et larentis sub ea timoris haemoptyseos. In asthmate humido expectorantia vere talia etiam fugienda, tanto magis in sicco, atque in spastico-convulsiuo, vbi nulla materia per pectus vacuanda praefeo est, adfluxus enim humorum, qui per illa ad pectus inuitatur, nihil certius, quam vleeroso-saniosam corruptionem scirrhosis, tophaceis, calculosis collectionibus inducit. Vbi, vt cum poëta loquar,  
— — silicis circum praecordia venae.

### §. XIX.

Et sic per omnia morborum genera rem possemus reddere explicatiorem, sed breuitatis cauſa nolo ulterius progredi; interea

tamen non possunt, quin prius, quam siacum sim facturus, quaedam de *pulsu* et *urina*, praecipuis coctionis signis, in medium protulerim horumque exemplo, vni alterius signo soli non esse vnuquam fidendum, paucis declarauerim. Et licet nulli morborum generi utriusquam, quam febribus, applicari possit pulsuum doctrina, tamen in aliis quoque morbis non solet negligi, vt vero in illis, in primis in malignis febribus nonnumquam fallit, ita in aliis quoque morbis saepius infidum diagnoseos et prognoseos signum praebet. Signum pulsus et urinae, utrumque solum, aequa fallax deprehenditur, vnde enim illud; pulsus bonus, urina sana, et tamen aeger moritur. Hinc quamquam medico sit vena, (*Inuenal. VII, 33.* benigna ingenii,) numquam tamen, credo, e solo pulsu iudicandum et praesagiendum, sed alia quoque signa conferri atque inter se debent comparari. Arteriarum enim pulsus, vt *CELSVS L. III. cap. IV.* iam monuit, fallacissima res est, cui non semper credendum, quia adeo facile alterari potest. Fit etiam interdum, ut bona malis mixta compareant, hic considerandum, utra superent sintque potentiora, et tunc demum formanda prognosis, caute tamen, nec temere et negligenter e caussis, quae pulsuum subito mutare possunt. Exemplo rem faciam planiorem. Si quis in plethorio, homine atque in primis sensibili extraordinariam lassitudinem, pulsuum plenum et tardum aut magis debilem, quam vegetum deprehendat, nullis taliisque signis alii in societatem vocatis virium defecsum grauemque morbum praesagiat et statim nil, nisi roborantia suadeat, quum ipsius negligentia et praecipitania unica refutari poterit venae sectione, quam non raro euphoria, pulsus moderatus et virium pristinus vigor excipere solet. Et quem fugit, quanta sit in aegrotorum amicis, cognatis, lecto adstantibus, roborandi libido, adeo ut vel in acutis febribus ipsos insculis vel c. vino paratis et aromatibus conditis reficere contendant. Quidni, si id factum fuerit, inde pulsus celer et fortis, aestus, inquietudo, anxietas et inopinata dyspho-

longos





dysphoria; si ergo medicus acturum sine villa consideratione, errore diaetae non cognito, deliria, convulsiones, aut phrenitidem prae-  
muntare vellet, postero autem die, post nocturnam agrypniam pla-  
cide interdiu dormientem inueniret, vix, et ne vix quidem calum-  
nias aut saltē finistrum de ipsius experientia et dexteritate iudicium  
effugeret. Ut iam nihil etiam dicamus de subita pulsus alteratione  
in aegrotis ex animi pathemibus. In aliis morbis difficile iudicium  
pulsus relinquit, e. gr. in morbis soporosis, in quibus pulsus a natu-  
rali et sano vix deflebit, interdum vero tardus ac latus est. Vtero  
pariter laborantes tam polymorpha pulsum schemata edunt, ut si  
huic signo soli inniti vellet medicus, deciperetur saepissime.

### §. XX.

Ad *vrinam* quod attinet, magna ipsius non ratio solum apud  
auctores inuenitur, sed apud veteres vel ipsa auguria valetudinis ex-  
ea traduntur. (PLIN. xxvii, 6.). Et bene multi tam patrum, quam  
nostra adhuc memoria in *vrina* puncta semiotica ponunt. Quot non  
inde illius hermeneutae? At vero ita confusa, ita spinosa est materia,  
ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut sit secundum, nec caput  
nec pedes; hic non esset tabula, sed iustum volumen scribendum.  
Verum paucis me expediam. In morbis acutis *vrinae* inspectio ne-  
cessaria, multa inde patent; hinc postulare ad lectum quandoque re-  
fert, ut dispiciamus, *vrum* cruditas adsit, an coctio. Quemadmo-  
dum vero generatim certi quid praefagire ante, quam morbus acutus  
ad statum suum peruererit, non valens, et plures contentui se ex-  
ponunt, qui tamquam praecoces vates mox post invasionem et pri-  
mis statim diebus salutem vel mortem certo praenunciant; ita et ab-  
sonum est, si quis ante dies coctionis ex *vrina* quicquam certi iudica-  
re et praedicere voluerit. In morbis chronicis contra *vrina* ple-  
rimumque est mendax. Soli *vrinae* ut signo numquam neque ad dia-  
gnosin, neque ad prognosin est fidendum. Facilius ex *vrina* potest  
cogno-


cognosci qualitas, quam quidditas morbi, adeoque praedici negatiue, quam affirmatiue, non adesse hunc vel illum morbum, nisi in paucissimis. Sarius est interrogatiue, quam decisius praedicere, tutius est ex vrina relativus, quam absolute ferre iudicium. Formandis quidem iudiciis ex vrina suus debitus in semiologia locus non ita de-negatur, sed vromantia hodierna abusibus variis exposta et quae in magna subinde flagitia evasit, penitus damnanda, quippe quae hominum credulorum simplicitati illudenda et pecuniae facienda aptum est artificium sine fundamento. Quibusdam tamen in locis dannum est aliquid opinionibus, quibus mundus regitur, vbi iuniorum medicorum aedes aegrotantium lotii denuo veluti inaugurantur. Rusticis et plebeis urbanis ideo aliquid condonandum, qui quum ut plurimum extra epidemiam epidemicam a causis externis, refrigeratione, iracundia, repletione diebus praeferunt festis, aecedente interdum mala medicatione in febribus et causa violenta, in morbos incident, facile aliquid erit praesagiendum. Cauent tamen omnes medici ab illa intelligentia ac eruditio[n]is simulatione, in primis futuri olim principibus sanitatis custodes, ne ex vrina, an filia princeps sit collocanda et liberos sit procreatura, praesagiant; vrina plane hic non est necessaria, ex aliis signis, vtrum fuerit sedentaria, hysterica est, nec ne; plura coniicies, quam ex vrina. Interim tamen et ex illis signis certioribus non nisi probabiliter referendum, videntur omnia adhuc peruria, tubae Falloplianae neodium obstructae est. Imo vero gratuiditas praesens numquam temere ex vrina sola est afferenda. Mancat usus, damnetur abusus. Si quis igitur alia omnia, in quibus vulgus maxime fallitur, sexum, etatem, habitum, fata, tempus aliasque aegrotorum circumstantias et omnem morbi speciem, ex vrinae inspectione a nobis desiderat, humane erit dimittendus.

## §. XXL

*Ex sic p[ro]pter faryram terigi, quae quidem ad mentem declarandum necessaria existimauit.* Satis eriam, opinor, elueret, non censendum cum imperita multitudine, si medicus micantis arteriac in carpo

D

rythrum



rythrum tentat aut saccatum corporis humorum inspicit, eundem statim tamquam e specula omnem posse morbum arbitrari, quum potius prudentia clinica altius versari debeat, ut, quod ē THVCYDIDE NEPOS laudat de THEMISTOCLE cap. I. de instantibus verissime iudicemus et de futuris cætidissime coniunctionis, aut ad HOMERVM, si modo rite quis fuerit interpretatus, sciamus cum ipsis Calchante:

Ταῦ οὐτα, ταῦ εστεμένα, προτ' εοτα.  
Danda igitur est opera, ut, dum fertili simus in agro, firmis et fidiis fibris radicem agamus et καρπωνεῖς possumus, serio reputantes medicinam facere non adeo rem facilem et opera subsecuia comparandam, non una nocte generatur medicus ut fungus; non tam facile sit, ut ex aqua soluti siponis pictos et volatiles orbes e concha per calanum pueri supinante. Non est hodie scientia paucarum saltem herbaram. Vere SCALIGER alicubi scribit: in medico nullam esse perfectionem posse sine tota encyclopedia. Et in opere nobis olim versaturis stilum vertere non semper licet nec semel peccare et cum aliorum vitae discrimine dicere: non putaram, nisi cuiquam experimenta per mortes facere et homicidii crimine conscientiam laedere perinde foret.

### §. XXII.

Sed ne, quum monere me haec oportebat, in plura et fere ὑπερ ταῦ εστεμένα deueniam, in viam redeo, et per αναποθαλασσον dico, ex signis communib[us] diagnosin et prognosin petere non licet: inde enim nihil certi ac fidei colligimus, nisi adiuncta simul sint propria, morbi naturam et locum affectum curarius designantia, et utri cuiusvis medici et aegroti interest, ita in propria obseruanda signa diligenter incumbendum, et si communia adsint; quia quo plura concurrent, eo certior Medicus redditur.

### §. XXIII.

Attamen non in ea simus opinione, quod clinici veterum signis collectis semper freti esse, semper eadem simpliciter in omnibus morbis expectare et secundum illa ynicę morbos dijudicare possint; multa

multa olim vera, quae hodie vix adparent aut faltem fallunt. Atque id omnino obseruandum in casibus aliunde transmissis, in quibus fallacie ratio in climate, temperamentis, victus et vitae genere erit ponenda, quae omnia saepe multum ab illo climate, sub quo nos degimus, sunt diversa. Interim dici non potest, quam singularem medico praeserter usum genuina semiotics Scientia et vera συντεκμαχοις in eiusmodi casum transmissorum resolutione, vbi sola signa per nuntium data sufficere debent ad suppeditanda consilia, quum aegrotantem non licet intueri coram. SENECA quidem, aliud quasi agendum, epist. XXII. medicus, inquit, per epistolam tibi aut balnei tempus eligere non potest, quia isthaec a praesente monstrari debent. Insuper vena tangenda est; aliquid vultus; aliquid manus mota; aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem monet. Quid fieri soleat, quid oporteat, in uniuscum scribi potest; quando vero fieri debeat, aut quem ad modum, ex longinquu nemo suadebit, cum rebus ipsis deliberandis. Inficias ire quidem non possumus, in acutis sensus externos medicum praesentem multa monere, at vero in chronicis potissimum etiam e longinquu a medico ingenio et exercitatione praefstant tamquam praesenti talia possunt suaderi; quid quaeris? Suppleri ea subinde, quae aeger enarrando non tetigit symptomata, ut eo confidentius ipsis se credant, et quidem haec omnia eo facilius, si iam in loco praesens quidam curationis συνεργος adest medicus.

#### §. XXIV.

Sed non eo velim omnia intelligenda, ac si ita certa forent, ut nūquiam medicus in his falli possit; nam per imbecillitatem humana m iis nos adnumerare cogimur, qui uti e CEBETIS tabula discimus, πηνσι το ποτηριον της πλανης και της αργυρας; modo non fiat quidpiam per temeritatem, festinationem, negligentiam, ruditatem, ideo ex HIPPOCRATE medicus, qui et in his parum peccat, vehementer laudandus. Interim vel exercitatiissimis id accidere potest; dantur enim euentus, signis praegressis plane non respondentes et de quibus ne per coniecturam quidem licuit suspicari. Caussae saepe ita latenter, ut per nullam

la

HALAE, A.D. M.DC.XXV.



la signa distinctiva siant manifestae. Ita moriuntur quidam ante, quam aegrotent, aut post vnum alterumue diem praeter opinionem mortem cum vita commutant. Morbus videtur leuior, et tamen aeger illo consumitur. In cuiusmodi cadaveribus vel ipsa saepe se-  
ctio nihil, quod mortis vera sit causa, potest inuenire. Interdum in acutis pessima sunt signa, aeger tamen convalescit, et contra in aliis omnia signa bona, coctio, crises adsunt, et tamen praeter omnem exspectationem animus evadit e corpore. Eiusmodi eventus AVERROES medica *miracula*, PROSPER ALPINVS autem *monstra* appellauit. Verum enim vero hanc ob rem cum aliis ab omni prognosi non est abstinen-  
dum, media via et hic tutissimi ibimus.

### §. XXV.

Et quamvis semiologia ratione prognoseos eriam ad *morbos infanabiles* pertineat, vetant tamen veterum et vel *HIPPOTRATIS* et *GALENI* et quorumdam recentiorum admonitiones ubique in suis scriptis nobis inculcateae, ubi spes salutis nulla superstis, adhibere medicinam, ne aegraru[m] diutius torqueamus, ne remedia infamentiur et medicis pecuniarum emunctio ab affinibus alisque imputetur; ego vero conduce arbitror cum Q. SERENO, et desperatis medicinam non denegare, quia a deo, omnium *αδυνατων* potentissimo effectore, prouenit. Confolamur eiusmodi aegrotos, vitam eorum producimus, et secundum CORNEL. CELSVVM spes dubia melior est nulla et exitio. Et quum non possint fieri, quae velimus, ea velimus, quae possimus. Atque hic dissertationis huius auspicalis sunto terminalia. Habemus campum, in quo industria nostra excurrat; nostrum erit, praeclarum bene de re medica, atque aegrotis merendi occasionem nullam dimittere e manibus, sed ita res componere, ut studia nostra deo grata, aegrotis utilia et nobis quam maxime non sint ingloria, et nomine honoris Hippocratico digni euadamus, *λεγοι την τεχνην και τα ηθη, πατη τε σεμνων φιλανθρωποι.*

---

**ERRATA CORRIGENDA** pag. 10. l. ultim. pro *fiorni* *conscienciarum* lege *fiorni* *conscienciarum*. p. 15. l. 20. lege *indicaciones*, p. 16. l. 9. loco *omnino* lege non, l. 12. lege *effectus* l. 13. lege *affecto*, p. 20. l. 28. lege *adgredieris*, p. 22. l. 7. le-  
ge *lanes*.

Diss. med. Hal.


g. 1763/64.

ULB Halle  
005 379 296

3







21287

AVGVRALIS MEDICA  
DE  
**SIGNORVM**  
**COGNOSCENDIS**  
IS NECESSARIA  
NCTIONE.

QVAM  
VMMO NVMINE  
AESIDE  
PERIENTISSIMO ET DOCTISSIMO  
**PATR. IVNCKERO**  
MEDICINAE DOCTORE  
BL. ORDIN. PAEDAGOGII REGII  
HEI HALENS. MEDICO  
CONSTITUTVO

A FRIDERICIANA  
REGO  
**DOCTORIS**

HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
BTINENDIS


V. G. M D C C L X I V.

DEFENDET

C T O R

**J. FRID. BISTEN**

ANO - GVESTPHALVS.



AM AERE BEYERIANO.